



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni  
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

De orationibus,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](#)

SON,  
DE ORATIONIBVS,

## IX.

1. In festis Duplicibus dicitur una tantum Oratio, nisi facienda sit aliqua commemorationis, ut dictum est suprà.

2. In festis Semiduplicibus occurrentibus ab Octava Pentecostes usque ad Adventum, & à Purificatione usque ad Quadragesimam, dicitur secunda Oratio, *Acundis*, tertia ad libitum.

3. In festis Semiduplicibus occurrentibus ab Octava Epiphaniæ usque ad Purificationem, dicitur secunda Oratio *Deus quis salutis*, tertia *Ecclesia*, vel pro Papa *Deus omnium fidelium*.

4. In festis Semiduplicibus à feria quarta Cinerum usque ad Dominicam Passionis, secunda Oratio de feria, tertia *Acundis*.

5. In Semiduplicibus à Dominica Passionis usque ad Dominicam Palmiarum, secunda Oratio de feria, tertia *Ecclesia*, vel pro Papa.

6. In festis Semiduplicibus ab Octava Paschæ usque ad Ascensionem, secun-

da Orario de S. Maria. Concede nos, tertia  
*Ecclesia*, vel pro Papa.

7. In festis Semiduplicibus infrà O-  
ctavam occurrentibus, secunda Oratio  
dicitur de Octava, tertia quæ secundo  
loco infrà Octavam ponitur.

8. Infrà Octavas Paschæ & Pentecos-  
tes, in Missa de Octava dicuntur duæ  
tantum Orationes, una de die, alia Ec-  
clesia, vel pro Papa.

9. Infra alias Octavas, & in Vigiliis  
quæ jejunantur (exceptra Vigilia Nativi-  
tatis Domini, & Pentecostes) dicuntur  
tres, una de die, secunda de S. Maria,  
tertia Ecclesia, vel pro Papa. Sed infra O-  
ctavas S. Mariæ, & in Vigilia, & infra  
Octavam omnium Sanctorum, secunda  
Oratio dicitur de Spiritu Sancto. *Domi-*  
*ni corda, tertia, Ecclesia, vel pro Papa.*

10. In Dominicis infra Octavas oc-  
currentibus dicuntur duæ Orationes,  
una de Dominicæ, secunda de Octava.  
Et in die Octava dicitur una tantum O-  
ratio, nisi facienda sit aliqua comme-  
moratio.

11. In Dominicis dicuntur tres, ut in  
Ordinario assignantur, quibusdam ex-  
ceptis, ut suis etiam locis notatur.

12. Id

12. In festis Simplicibus , & Feriis per annum , nisi aliter in propriis locis notetur, dicuntur tres, ut in Semiduplicibus, aut quinque : possunt etiam dici septem ad libitum.

13. In feriis Quatuor temporum , & ubi plures leguntur Lectiones , hujusmodi plures Orationes dicuntur post ultimam Orationem ante Epistolam, ut suis locis in Proprio Missarum de Tempore.

14. In Missis Votivis, quando solenniter dicuntur pro re gravi, vel pro publica Ecclesiæ causa, dicitur una tantum Oratio : sed in Missa pro gratiarum actione additur alia Oratio, ut in proprio loco notatur. In aliis autem dicuntur plures, ut in festis Simplicibus.

15. In Votivis B. MARIAE secunda Oratio dicitur de Officio illius diei , & tertia de Spiritu Sancto: sed in Sabbato, quando de ea factum est Officium , secunda Oratio erit de Spiritu Sancto, tercia Ecclesia tua, vel pro Papa. In Votivis de Apostolis quando ponitur Oratio A cunctis , ejus loco dicitur Oratio de S. MARIA, Concede nos famulos.

16. Si cum plures dicuntur Orationes,

nes, occurrat fieri commemorationem alicujus Sancti, ea ponitur secundo loco, & tertia Oratio dicitur, quæ alias secundo loco dicenda erat.

17. In conclusione Orationum hic modus servatur. Si Oratio dirigatur ad Patrem, concluditur, *Per Dominum nostrum, &c.* Si ad Filium, *Qui vivis & regnas cum Deo Patre.* Si in principio Orationis fiat mentio Filii, concluditur, *per eundem Dominum nostrum.* Si in fine Orationis ejus fiat mentio, *Qui tecum vivit.* Si facta sit mentio Spiritus Sancti, in conclusione dicitur, *In unitate ejusdem Spiritus Sancti, &c.* Alia quoque in undis Orationibus serventur, quæ superius in Rubrica de Commemorationibus dicta sunt.

**DE EPISTOLA, GRADUALI, ALLE-luja, & Tractu, ac de Evangelio.**

**X.**

1. Post ultimam Orationem dicitur *Epistola: qua finita, à ministris respondeatur, Deo gratias.* Et similiter quando leguntur plures Lectiones, post singulas dicitur, *Deo gratias, præterquam in fine quin-*